



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Thronus Dei Maria Deipara**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Deipara virgo puritate omnes tum homines, tum Angelos superat, n. 11

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

vivere, non terrena vien est, sed caelestis: & si  
vulnus scire Angelicam gloriam acquirere maius  
est, quam habere, esse Angelum felicitatis est,  
Virginem esse virtutem & Virginitas enim hoc obli-  
ne viribus, quod habet Angelus ex natura. An-  
gelus ergo & Virgo diuinum agnum officium, non  
humanum ita Chrysologus.

Sophron.

Eadem antea dixerat Sophronius inter o-  
peia Hieronymi serm. de Assump. Idem indi-  
cat Bernard. epist. 42. Castitas, inquit, Angelum  
de homine facit, & si Angeli castitas felicior ho-  
minis tamen fortior esse cognoscitur. Idem habet  
Bernard. Bernardus epist. 113. cuius rationem infinitat.  
Angelus, inquit, habet virginitatem, sed non car-  
nem. Quare Augustinus lerm. 250. ait: Inter  
omnium Christianorum certamina, sola clariora  
esse pralia castitatis, ubi quotidiana est pugna, &  
rara victoria.

Augustin.

Vrgines 10 Ad hæc Virgines inter precipua Ecclesiæ  
sunt præci- membra adnumerantur. S. Ignatius Romanum  
pua Eccle- ad martyrum proficisciens epist. 10, ad Her-  
sie nebra. nem, cui Autochenam Ecclesiam comen-  
dabat: Virgines, inquit, serua, ut pretiosa Christi  
monilia, & epist. 4. ad Tarsenses. Eas, inquit, que  
in virginitate degunt in prelio habere velut Chri-  
sti sacerdotes.

Athanas.

Athanasius in Apologia ad Constantimum,  
Corde pueras, inquit, virginitate prædictas sponsas  
Christi. Cuius ea Ecclesia appellata solua est,  
quas Ethnici consueatas, ut templum Verbi admir-  
atione prosequuntur. Has præ reliquis omnibus  
beata memoria Pater tuus Constantinus Augu-  
stus in prelio habuit, & tua religio si aspè in suis  
scriptis pretiosas, & sanctas nominavit sic ille.

Tertull.

A Tertulliano lib. de pudicitia, Virgines di-  
cuntur Flos morum, Honor corporum.  
Cyprian.

A Cypriano loc. cit. Flos Ecclesiastici germi-  
ni, Decus, atque Ornamentum gratia spiritualis  
tora indeles Laudis, & Honoris, opus integrum  
atq. incorruptum. De imago respondens ad san-  
ctitatem Domini, illustrior Portio gregis Christi,  
ita Cypriatus. Cuius verba refert ex eodem  
Augustinus libro 4. de doctrina Christiana.  
cap. 21.

Hieronymus ad Demetriadem de seruanda

Virginitate: Habet, inquit, &amp; pudicitia seruata

martyrium suum. Ambrosius libro 1 de Virgin-

tus pra-

stantia.

Ambros.

virginitatem vocat principalem virtutem: Non  
enim, inquit, sed laudabilis virginitas, quia in  
martyribus reperitur. sed quia ipsa martyres fa-  
ciat, plerique enim propter seruandam virgi-  
nitatem ea occasione martyrium subiicie, vt

de sancta Agneta, sancta Agatha, & alijs,  
quas in tractatu de Virginibus lect. 5. & 6. re-  
censebimus. In memoriæ proditum est, pergit  
Ambrosius: Quis inquit, humano eam ingenio Ambro-  
posse comprehendere, quam nec natura suis in-  
clusis legibus aut quis naturale uoce compleuisse,  
quod supra usum naturæ sit? Æculo accersuisse,  
quod similitudinem in terris: nec immenso uen-  
di sibi usum quasi sit Æculo, qui sponsus sibi in-  
uenit in Æculo. Et quoniam Elias nudius corpora & Ro-  
botius fuisse permixtus cupiditatibus inuenitur,  
ideo rapus curru ad Cœlum, ideo cum Domino  
apparet in gloria, ideo Dominus veniarus  
est precursor aduentus. hæc Ambrosius.

Et quod ad insignem virginitatis commu-  
nicationem facit, Christus Dominus (vt verbis  
ut Hieronymi epistola 22. ad Eusebium) Hinc  
virginitatem in se, & in matre sua dedicare vo-  
luit: propterea Damascenus libro 4. de fide Damas-  
cap. 25. Christus, inquit, virginitatis decus ist,  
& ornatum, ut qui non modo ex patre intra  
congressum sit genitus, sed etiam carnem ex Vir-  
gine sine virili congreßu assumpsit, ipsi è omni-  
bus numeris absolutam virginitatem in se ipso  
ostenderet. ita Damascenus.

### DEIPARA VIRGO PURITATE

omnem huminem, tum angelos  
superat.

11 Cum igitur ea sit virginitatis præstan-  
tia, & Deo ita grata, mihi non est si  
virginitatem, vt dicebamus ex Hieronymo, ac Ango-  
non tantum in se, sed etiam in Maria deducatur  
voluerit: Et confiditorum, inquit S. Thom. 4. part.  
q. 28. art. 4. ad 2. obseruatio, que per gravam Dis partit  
fit. Si perfide quidem incepit in Christo: ali-  
quo tamen modo fuit inchoata in Virginem ma-  
tre eius. ex quo infert S. Thomas, Virginem  
ante Annunciationem ab Angelo vorum vir-  
ginitatis absolutum emisisse. Quare Bernadus  
hom. 2. super Missus est: Voluit, inquit, ma-  
trem suam esse Virginem, de qua immaculata  
immaculatus procederet, omnium maculas pur-  
gariet, & mox: ut igitur, que sanctum sancto-  
rum conceptura erat pariter, & paritura sancta  
esset corpore, accepit donum virginitatis, ut esset  
& mense, accepit & humiliatus. Idem hom. 1.  
Et si placuit ex virginitate, tamen ex humilitate  
concepit, & intra: Felix Maria, cur nec humiliata  
defuit, nec virginitas, & Ambrosius epist. 82. ex Ambro-  
Dicitur.

Deipara Virginitatis excellentiam col-  
lige: Quid loquar, inquit, quanta sit virginis-  
tatis gloria, qua meritis a Christo elegit, ut esset et-  
iam corporale Dei templum in qua corporaliter,  
legimus, habitauit plenudo divinitatis. & Virgo  
genitus mundi salutem, Virgo peperit viam uni-  
versorum. S. Bernardus term. 4. de Assumptio-  
nem immobile, inquit, virginitatis propulsuum, quod  
nec Angelo filium promittente aliquatenus sum-  
bauit. Idem repetit serm. Signum magnum.  
Nysenus. Quod animaduertat Nysenus homil. de Nat.  
Dom. vbi expendens verba Virginis ad Ange-  
lum: Quomodo siet istud quoniam virum non  
cognosco: Angelus, inquit, parum nunciat, &  
la virginitas inheret, & integratatem angelicas  
demonstratio anspontanam indicat: nec Ange-  
lo fidem non habet, nec a proposito recedit suo. In-  
terixi, inquam, mihi viri consuetudinem. sic  
Nysenus. Quare Basilius hom. de hum. Chri-  
sti gener. Nulla, inquit, puritate par Mariae vir-  
giniae inter homines ad electum sancti Spiritus  
exceptendum est reporta.

Quoniam etiam illud animaduersione dignum  
videtur, Deiparam virginitatis puritate non  
homines tantum, verum ipsos etiam Angelos  
longe superatse. quemadmodum ex Alberto  
docet S. Antoninus 4. part. tit. 15. c. 17 § 4 cu-  
m usq; sunt verba: in omnibus alijs viatoriorum  
bus castitas est cum pugna contra fornicationem, &  
quomodo cum casu ad minus imprimis veniale, & cum  
aviculari possibiliter cadens etiam in mortale, exceptio  
S. Antoni, sancti ficiis in uero, & Apostoli Spiritu sancto  
repletus dicit Albertus: sed in B. Maria fuit casti-  
tatem, tamen sine pugna fornicationis, & sine causa, & possibili-  
tate cadendi in mortale, vel veniale. Nec solum  
hominum viatorum, sed etiam Angelorum casti-  
tatem excessit: est enim primus multiplicior, quia  
Angeli solum eam habent in spiritu, non in corpo-  
re, quod non habent sed B. Maria in spiritu, &  
corpo est Virgo: est secundo nobilior, & uelutior,  
quia Angelis est naturalis, unde nec meritoria: in  
B. Maria est gratuita, & meritoria. Et tertio glo-  
riosior, quia in Angelis quasi necessaria, & sine  
S. Thom. pugna, in Maria voluntaria, & cum uictoria.  
Audet sup; hucusque S. Antoninus. Hinc recte inferimus  
pimeni cum S. Thom. in 4. dist. 49. q. 5. art. 3. q. 1. ad  
Gabriel. & cum Auctore supplementi: Gabrieles in 4.  
Surius. dist. 49 q. 4 artic. 3. dub. 2. & cum Suario to-  
tum. Virgo mo 2. in 3. part. disp. 21. lect. 4. Deiparam  
beatus au tanto excellentiorem virginitatis Aureolam  
nole vir esse adeptam, quanto perfectius virginitatem  
possit. per extensis feruunt. Quod enim ab ipso pugna

fomitis eam custodierit, id nec primum, nec  
eius coronam diminuit, vt fuisse Auctore supple-  
menti ostendit: nam ex D. Thom. loc. cit. quā-  
uis Deipara pugnam non habuerit pertenta-  
tionem, quae est à carne propter eius perfectā  
sanctificationem, habuit tamen pugnam, quae  
est ab hoste, qui nec etiam ipsum Christum est  
seueritus, vt patet Matth. 4. hæc S. Thomas. Matth. 4.  
12. Et ianè Deus optimus virginitatem suæ  
Genitricis etiam postquam filium peperit, lu-  
dæis per S. Zachariam Ioan. Baptistæ paren-  
tem contestata voluit. Cū enim in tem-  
plo Ierolymitanæ Virginibus ad orandum  
separatus locos ab alijs misericordiis esset assig-  
natus, & in codem Deipara post Christi nati-  
uitatem ad preces fundendas consisteret. Za-  
chariam, qui eam Virginem esse ac proprie-  
tatem reliquit. eo loco dignam constanter testabatur, obid à Matth. 23.  
Iudeis inter templum, & altare interfectum  
esse affirmant complures ex Patribus.

Origenes enim, cum ex quadam traditione  
meminisset loci pecularis in templo, qui solis  
Virginibus ad orandum patebat, hæc subiicit s.  
Maria autem post quam genuit: Salvatorem, in-  
grediens adorare, stetit in illo Virginum loco, pro-  
hibentibus autem eis, qui nouerant eam tam filiū  
genuisse, Zacharias, inquit, atque dixit prohibenti-  
bus eam, quoniam digna est Virginum loco, cùm  
sit adhuc Virgo. Ergo quasi manifestissime Za-  
chariam aduersus legem agentem, & in loco Vir-  
ginum permisit, scire mulierem, occiderunt  
inter templum, & altare viri generationis illius.  
hæc Origenes, qui pergit probare Zachariam,  
quem Christus affirmat interficere a Scribis  
& Pharisæis inter templum & altare, fusile  
præcursoris patrem: nam exprobatis, tan-  
quam qui ipsi hoc perpetraverint. Nec mirum,  
inquit, est si conuagat eiusdem non sint esse.  
& virumque Zachariam, & patres eorum. Et ceteri  
post Z. chariam filium loadre, de quo Christum  
esse locutum existimat. Hieronymus in  
Matth. 23., Ieremias & Ezechiel (vi teit. tur  
Epiphanius de vita Prophetarum) A Iudeis  
sunt interfici, quod ipsum astroiturn Mat-  
tyrol. Rom. de le remia quidem. Maij. & de  
Ezechiele 10. April. & post Zachariam, qui est  
ex duodecim Prophetis unus, Eleazarus, & se-  
ptem fratres Machabæi, cum matre martyrio  
vint affecti, & tamen Christus Dominus com-  
pletus vult martyres omnes ab Abel vique ad  
ultimo e tempore interficere, quae hæc  
senten-

Matt. 4.

Zacharias

sacerdos

sui nece

probatum

Maria vir

gutates

reliquit.

eo loco

dignum

constanter

testabatur,

obid à

Matth. 23.

Iudeis

inter

templum,

&amp; altare

interfictum

esse affirmant

complures

ex Patribus.

Hieronymus

in

Matth. 23.

Rom.

Martyr.

Rom.

2. Matth.

Hieronymi sententia de Zacharia filio ioidae non probatur.

**Basilius.**

Basilius de humana Christi generatione eandem historiam ab Origene allatam refert sicutque Zachariam patrem Joan. Baptiste interficiunt, quod rem inauditam prodigiosam que prædicaret, Virginem videlicet patientem extra virginitatis corruptionem.

**Nyssenus.**

Nyssenus hom. de Christi Nativitate hæc eadem habet, additum locum Virginum fuisse quoddam spacium inter templum, & altare. Judæos autem cum audirent à Zacharia renum omnium Regem in vitam humanam diuino ordine id est ex Virgine prodijisse, metuentes ne Regi subderentur. Zachariam Sacerdotem, qui hæc de ipso partu testificabatur, ad ipsum altare sacrificantem interfecisse. Idem de Deipara in templo in loco Virginis etiam post partum consistente, & de nece Zacharie habent. Cyrus libro aduersus Antropomorphitas c. 27. & Metaphrastes in com. de S. Jo Bap. & Theophilactus, & Euthymius in c. 27. Matt. Quin etiam præter citatos Auctores, alij quoque de Zacharia Joan. Baptista parente, Christum intellectissime cum dixit Matth. 23. Quem occidistis inter templum & altare, restitutus Epiphanus in lib. de vita Prophatarum in Zacharia. Andreas Cretensis in oratione amputatione capituli Joan. Bap. Cedrenus in compendio histor.

**Epiphan.**

Et vero hoc Virginis epithetum aded proximum est Deipara, vi Epiphanius hæc. 78. Quis unquam, inquit, aut quo seculo ausus est profere nomen sancte Mariae, & interrogatus non statim incau: Virginis vocem? & Abrahamo impescum est epithetum Amicus Dei, & non dissoluerit, Iacob vero, ut Israël vocetur. & non alterabitur, & sancta Maria vox Virgo, & non mutabitur. Impedita enim permanet, hæc ex Epiphano.

**Judeofonsus.**

Judeofonsus verò sermone 4 de Assumptione, eam dicit Virginem sanctam, Virginem prudentem, & vnam ex numero prudentum, Virginem pulcherrimam, Virginem pudicam.

**Canisius.**

Verum cum de virginitate Deiparae Patres, & Theologitam accurate, tam copiose egerint contra Judæos, Ethnicos, & Hæreticos, præterit noster Canisius toto libro 2. de beata Virgine, & noster Suarez tomo 2. in 1. parte disputat. & 6. non est cur plumbus in re clarissima immoretur: aliquas tamen ex

**Suarez.**

sacris litteris, sive figuris, sive prophetias, quibus Deiparae virginitas secunda significatur, afferemus, quæ adiunctis Patrum expositionibus ad hanc veritatem confirmandam, & illa lustrandam vitam habent maximam,

### FIGVRÆ, ET PROPHETIÆ DE virginitate Deiparae.

13. PRIMA si ex sacra Genesi: Adam de terra Gen. 2. virgine ( inquit Ambrosius serm. 37. de Figvris quadraginta) natus est, & Christus matre virgine procreatus; illius maternum solum, nec dum de virginis scismum fuerat; istius maternum secretum non audivit, quam concupiscentia violata. Adam Dei manus placitum è limo Christus Dei spiritu formatur in utero sic Ambrosius. & Irenæus lib. Ambro. 3. contra heres c. 31. Quemadmodum protoplastus de iudi terra, & adhuc Virgine ( non illi enim pluerat Deus, & homo non erat operatus terram) ta recapitulans in se Adam ipse Verbum existens ex Maria, quæ adhuc erat Virgo recte accipiebat generationem Adæ recapitulationis. Andreas Cretensis orat. in Annunc. Salve sancta virginalis tellus, ex qua nouus Adam ineffabilis fictione formatus est, qui veterem salutem ager amplissime, quem nullus alias locus, nisi tu sola, comprehendere potest.

Genet. 3. In mei responsum interie, & mulierem id est Virginem Deiparam, & semen tuum, & semen illius; semen mulieris est Christus Dominus, & ab ea denominatur, quia ut homo, ab ea iusta carnem suscepit. Quod recte expedit Irenæus lib. 4 c. 78. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem ca. 20. Cyprianus lib. 2. testimon. cap. 9 Ruperitus lib. 3. de Trinitat. c. 34. Epiphanius hæc 78 Impletur, inquit hoc in sancto & sancto eximo solo quod a Maria solum innatum est, & non ex coniuge viri, sic Epiphanius.

Ex d. 3. Rubus ardens incompositus, ut canit Ecclesia Deiparae virginitatem significat. quoniam Rubus illo ab igne quo ardebat, viatorum non amitebat: ita Deipara Deum, qui ignis dicitur Deut. 4. concipiens, virginitatis viuorem retinuit. Et Proclus Episcopus Constantiopolitanus de Deipara. Haec inquit animarum natura Rubus, quem diuin parsus igni non consumpsit. Et Bernardus hom. 2. super mithras Berardus est: Pertendebat, inquit, Rubus ille Mariam parentem, & a labore non leviterem, eodem modo explicat Andreas Cretensis orat. 2. de And Cr.